et Odericiana eadem sunt probe satis excepta ex lapidibus fere, quamquam insunt quaedam ex Ciuccio adscita. Auctoris nomen Lamius non ponit; Odericius adscripsit 'misit P. N. N.'

VII. Felicianus PATRIZI-FORTI historiae Nursinae quam edidit (*memorie storiche di Norcia*. Norciae 1869. 8. pp. 701) inscriptiones patrias inserere voluit, sed cum ipsum mors occupasset, editores appendicem titulorum omiserunt. Adhibui pauca ea quae aut ad exemplar suum libri Ciucciani adnotavit aut in schedas rettulit ab heredibus mihi permissas.

IX. Ipse Nursiam adii a. 1878, sed postquam terrae motus a. 1859 universum oppidum diruit, pauci tantum tituli supersunt, neque fere ex antiqua hereditate Nursinis quicquam hodie superest praeter nomen.

**4534** in columna SAB. CIVCCI. Nursiae in porticu ecclesiae divi Francisci SAB.; in claustro Franciscanorum HOLST.; in ecclesia S. Francisci *al coro vecchio* CIVCCI. Periisse videtur terrae motu a. 1859.

OIANVS · L · L
CORYMBVS
IOVI · STATORI
SACRVM · POSVIT
5 L · M

Tria exempla extant Sabinensis Manutii f. 33 = 126; Holstenii cod. Dresd. F 193 f. 89, qui vidit a. 1649; Ciuccii n. 5 = 7. 8 (inde Mur. 10, 9; Oderici ms.).

1 in. L· praemittit Holst. solus. — 5 om. Sab. — Ciuccius I sic: ..OIANVS·L·L·CORIMBVS·IOVI·STA·S·P; Ciuccius II n. 7 ex lapide dat sic: L·M | SACRVM·POSVIT·IOVI·STATORI | CORIMBVS·OIANVS, praeterea n. 8 sic, titulum extare negans: C·D·OIANVS·L·L·CORIMBVS·IOVI·STATORI·S·P

**4535** inter Nursina.

C · OBELIV
C · HERMO
PROTVS · LIBE
DEDI

Forti ms.

4 DEDII traditur neque adnotatur hiatus.

**4536** inter Nursina.

PONT · LIH · D · D · L · M

Forti ms.

**4537** Nursiae in pariete divi Laurentii.

*imp. caesari*
DIVI · NERVAE *nep*
DIVI · TRAIANI
PARTHICI · F · TRAIA*no*
5 HADRIANO · AV*g*
PONTIF · MAX · TR*ib*
POTES · XI · COS · III *p p* p. C. 127
C D

Sabinensis Manutii f. 34 = 128; Ciucci n. 15 = f. 54 (inde Mur. 232, 5; Orelli 808); Capelle exscripsit Borghesio, a quo acceptam ed. Henzen 5452.

Exhibui ad Sabinensem, nisi quod 4 F omisit. Supplementa quae adscripsi tamquam in lapide lecta dat Capellius, sed 2. 3 NE|POTI et om. 7 PP. — 8 C·D Sab. Ciucci, scilicet *conscriptorum decreto* (cf. n. 4539), D·D Mur. (ex corr.) Cap. — Ciuccius sic deformavit: DIVI NERVAE COCEI DIVI(D rec. I)·TRAIA·PARTHICI FIRAMN (FIR·A·N rec. II) II ADRIANO A PONTIF (PONT rec. I) MAX·T·P·PONT (PONTIFEX rec. II) I·COS (CONS rec. I)·III·C·D·

**4538** Nursiae in S. Francisci.

D · IOVI FERET
ET FAVSTINAE

Ciucci n. 6 = 9: '*anni sono si vedeva, hora non si ritrova*' (inde Mur. 10, 3).

Ciucci II sic: D·IOVI·STATORI E | FAVSTINAE. — Corruptus potius est quam ficticius, quamquam fieri potest, ut Iupiter stator feretrium ex se generaverit.

**4539** Nursiae in divi Iacobi in ingressu ecclesiae manu dextra in altari SAB.; item, sed brevius, CIVCCI. Non extat.

GORDIA
NO · PIO · FELICI · AVG
PONTIFICI · MAX
TRIBVNICIAE
5 POTESTATI*s* II p. C. 239
COS · PROCOS
P · P
C D

Servavit Sabinensis Manutii f. 32 = 136. Inde Ciucci n. 11 = 11, a quo sumpserunt Mur. 251, 2 et Lami ms. et Nov. Flor. 1760, 249 (inde Donat. 181, 2).

1 |. . . . | DIVO·GORDIA, 5 POTESTATI·II Sab. — 8 cf. ad n. 4537. — Ciuccius I sic: D·GOR·PRO (PIO Lami) ·F·AVG·PONT·MAX·TRIB·POT·BIS·COS·PROCOS (rel. om.), Ciucci II sic: DIVO·GORDIANO·PRO·FELICI·AVG·PONT·MAX·TRIBVNIT·POT·BIS·CON·PRO·COS·P·P·C·D

**4540** extra Nursiam *Villa di Piediripa* in ecclesia S. Antonii.

L · MVMIVS
COS · DED · N u. c. 608

Ciucci n. 36 = 53 (inde Mur. 288, 1). Est in vol. I n. 544.

**4541** supra viam antiquam, cuius causa hoc loco rupes excisa est, in ea ipsa rupe scalpro levigata, litteris pulchris et antiquis (r tota aperta est), punctis triangularibus optime factis. Antiquo tempore via illa iuxta fluvium Cornum ducta inscriptio alte super eam eminebat; iam vero viae tramite in altum elato substructione recenti titulus commode legitur. Via, ad quam titulus pertinuit, a Nursia ibat Spoletium ad Flaminiam, pergens primum ad dextram fluvii qui nunc est Corno, deinde ubi is in Narem incidit traiecto eo ad dextram Naris Spoletium versus. Viae eius meminit Suetonius Vesp. 1: *Polla Nursiae honesto genere orta patrem habuit Vespasium Pollionem ter tribunum militum praefectumque castrorum, fratrem senatorem praetoriae dignitatis. Locus etiam ad sextum miliarium a Nursia Spoletium euntibus in monte summo appellatur Vespasiae, ubi Vespasiorum complura monumenta extant, magnum indicium splendoris familiae et vetustatis,* ad quae adnotat Holstenius (ad Cluver. p. 119): 'vocatur etiamnunc Monte Vespio locus in territorio oppidi Cassiae iuxta confluentes Corni et Turbidonis fl., in cuius summo vertice 'palatium fuisse existimant et videntur veteris viae vestigia apparere. Sed ego nullum aedificiorum vestigium istic agnoscere potui, quamvis 'intervallum a Suetonio notatum exactissime huic loco quadret.' Proxime a summo clivo Spoletium versus locus est ubi titulus cernitur (*lo scopio*) ad ipsos confluentes Corni et Naris, dictus Triponzo. Via autem publica magis fuit populi Romani quam municipii Nursiae, quaestores itaque non Nursini, sed urbani. — In Tripuncio prope Nursiam in flumine IVC.; in scopulo montis, qui est in via, qua itur Cerreto ad Tripontium, prope Tripontium SAB.

C · POMPONIVS · C · F
L · OCTAVIVS · CN · F
Q
D · S · S

Recognovi. Iucundus Ver. f. 161 (inde Sieder f. 54; Apian. 143, 2; Grut. 884, 14 ex Ap.); Sabinensis Manutii f. 30′ = 124′ (inde pendet Grut. 195, 12 per Gutenstenium ex Ursinianis); Ciucci vol. 2 p. 314; Holstenius qui vidit ad Cluverium p. 119 (inde omnino Donius cod. Barb. p. 276); Lami ms. et Nov. Flor. 1760, 249; Marini ms., cui descripsit scalis admotis a. 1769 abbas Caietanus Bellinius; Oderici ms. f. 83; Guattani mon. Sab. 2, 241; Cardinali *iscr. ant. inedite* n. 310, cui dedit Oriolius; Bernard. Bartolonus Bonus Folignensis misit Instituto a. 1858.

Gutenstenius interpolavit sic: C·POMPONIVS·GN·F·OCTAVIVS . . . . | . . . SS . . . . .